



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrīs Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 7. Quantum poßit, apud diuinam misericordiam, vera contritio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

Pater noster diceret , sciré t̄q; pro certo , peccatum iam sibi esse dimissum . Ad hanc tam immensam Dei misericordiā ita obstupuit in caluitque confitens , vt magnitudinem diuini æstus non caperet mortale pectus . Nec mora , dirum ille eimittens einlatum , & in terram procidens , expirauit . Nec dubia fides est , sicut Deo dignus Episcopus postea prædicauit , quin idem pœnitens , sine ulla alia Purgatorij pœna , validissima tantum contritione purgatus , ad gloriam euolârit .

## §. VII.

Quantum possit , apud diuinam misericordiam , vera contritio ?

Quid primum , quid postremum dicam ?  
 quantus h̄ic dicendi campus ? Quanta Nu-  
 minis clementia ? An non verè Deus rex est  
 ille , ad quem accedens , qui decem millia  
 talentorum debebat , debitum sanè ingens ,  
 & vrgens pondus æris alieni , tam citò , quid-  
 quid petijt , impetrauit ? Siquidem Procidens  
 seruus ille , orabat eum dicens : Patientiam ha-  
 be in me , & omnia reddam tibi : Misertus au-  
 tem Dominus serui illius , dimisit eum , & debi-  
 tum dimisit ei . Atqui seruus , non remissio-  
 nem , sed dilationem solutionis tantum pe-  
 tierat : Dominus autem , atque in eo Chri-  
 stus ,

Matt. I 8.

26.

430 Cap. XVIII. A Dei clementia omnes

stus , ait , omne debitum dimisi tibi . cur ? quoniam rogasti me . non , quia triduo in pane & aqua inediam sustinuisti ; non quia vigilijs te macerasti ; non , quia longis peregrinationibus corpus tuum fatigauisti ; non , quia multis annis te , cilicio & cinere , virgis & flagris , castigauisti ; non , quia in eremum ac solitudinem secessisti ; sed quoniam animo tam contrito rogasti me . Merebaris quidem illis omnibus te expiare ; & agnoscebas , te meruisse . Quia verò tam paratus , tamque promptus eras , pro facto , acceptavi voluntatem faciendi .

Ps. 50. 19. Cor contritum & humiliatum non despexi . Tam miserante sum animo ,

sufficiat mihi , confessio tua , contritione tali stipata . Verus animi peccata retractantis dolor , apud me , ceteris rebus omnibus antecellit . Hoc puella illa patris , hoc

pater iste filiae toro abominandus experti ,

Ps. 31. 5. iam mihi aeternum canunt : Delictum meum cognitum tibi feci : & iniustitiam meam non abscondi .

Dixi : Confitabor aduersum me iniustitiam meam Domino : & tu remisisti impietatem

peccati mei . Pro hac tanta misericordia hominibus impetranda , orabit ad me omnis san-

ctus , in tempore opportuno , antequam scilicet tempus misericordiarum finiatur , dum haec

vita

vita durat; dum gemitus, dum suspiria, dum lachrymæ sunt salutares. Sic patri huic incæstuoso, sic incæstuosæ filiæ salutares furerunt, ignemque & Inferni, & Purgatorij extinguere potuerunt. A morte pater iste transiit ad vitam; ab ipsis inferorum portis, hæc filia, ad superos, migrauit. Itaque *Non est opus, ut oretis pro ipsa; potius ipsa orabit pro vobis;* iam sancta, iamque exemplum, quæ paulò priùs fuit scandalum. Hæc, ad peccatorem, Christus de cælo clamat.

## §. VIII.

*A Concionatoribus misericordiam Dei peccato-  
ribus impensè inculcandam esse.*

Videtur mihi, cum ista voce, ipsa quoq; illa beata puella, & hic diuino vir amore confossus contritioneque ipsa extinctus, de cælo, clamare: *Venite, & videte opera Dei:* Ps. 65. 4. *terribilis in consilijs super filios hominum. Veni-  
te, audite, & narrabo, omnes, qui timetis Deum:* quanta fecit animæ meæ. Atq; in primis, vos Concionatores, qui meritò sæpe fulminatis in peccatores, & illis iustitiam irāmq; diuinam inculcatis; illud etiam sedulò memen- tote, vt homines in spē erigatis, altissimisq; vocibus identidem clametis: *Quoniam tu,* Ps. 85. 4. *Domine, suavis & mitis: & multa misericor-  
dia.*